BIBLIOTECA COMUNALE DI TRENTO
UNIVERSAL SHORT-TITLE CATALOGUE
UNIVERSITÀ DEGLI STUDI DI TRENTO
Dipartimento di Lettere e Filosofia
FONDAZIONE CARITRO
CASSA DI RISPARMIO DI TRENTO E ROVERETO

TRENTO (DIOCESI), *Missa propria sancti Vigilii episcopi Tridentini. Et martyris gloriosissimi. A Sacra rituum Congregatione approbata, & in Tridentina dioecesi celebrari, concessa*, Trento, Carlo Zanetti, 1655.

Esemplare digitalizzato:
Trento, Biblioteca comunale, TT I b 3

LINK: https://bdt.bibcom.trento.it/181

BDT – BIBLIOTECA DIGITALE TRENTINA
progetto STABAT – *Stampe antiche Biblioteca comunale di Trento*

COMUNE DI TRENTO

BIBLIOTECA COMUNALE DI TRENTO
UNIVERSAL SHORT-TITLE CATALOGUE
UNIVERSITÀ DEGLI STUDI DI TRENTO
Dipartimento di Lettere e Filosofia
FONDAZIONE CARITRO
CASSA DI RISPARMIO DI TRENTO E ROVERETO

STABAT – *Stampe antiche della Biblioteca comunale di Trento* è un progetto concluso, cofinanziato dalla Fondazione Caritro ("Bando Archivi 2014"), dalla Biblioteca comunale di Trento e dal Dipartimento di Lettere e Filosofia dell'Università di Trento; gli altri partner del progetto sono la Soprintendenza per i beni storico-artistici, librari e archivistici della Provincia Autonoma di Trento e l'University of St Andrews, School of History, USTC – Universal Short Title Catalogue. All'interno di Stabat sono state digitalizzate e descritte tutte le edizioni stampate in Trentino nei secoli XV-XVII che si conservano presso la Biblioteca e l'Archivio storico del Comune di Trento. Ogni digitalizzazione è accompagnata da una descrizione della stampa; tutto il materiale è liberamente consultabile sulla *Biblioteca Digitale Trentina* (http://bdt.bibcom.trento.it/).

In questo file le immagini hanno avuto in trattamento OCR e pertanto si possono fare ricerche testuali; le immagini presenti sul sito, dove si può trovare una descrizione completa dell'edizione, hanno invece una qualità maggiore.

Le immagini presenti nella *Biblioteca Digitale Trentina* sono rilasciate con licenza di Pubblico dominio, il presente PDF è distribuito con licenza Creative Commons Attribuzione – Non commerciale – Non opere derivate 3.0.

STABAT – *Stampe antiche della Biblioteca comunale di Trento* is a project that was successfully concluded thanks to the support of a group of partners, namely the Caritro Foundation ("Bando Archivi 2014"), Trent Civic Library, the Department of Humanities of the University of Trento, as well as the Superintendence for Architectural, Landscape, Historical, Artistic and Ethno-anthropological Heritage for the Province of Trento and the University of St Andrews, School of History, USTC – Universal Short Title Catalogue. All the editions belonging to the Library and the Civic Historical Archive that were printed in Trentino during the XV-XVII centuries have been digitised and described. As a result, each digital copy is accompanied by a record with specific data regarding the printed book, and is freely available to be consulted on *Biblioteca Digitale Trentina* (http://bdt.bibcom.trento.it/).

The images belonging to this file are OCR-converted, hence the text of this edition can be electronically searched. The images available on the website, on the contrary, have a higher resolution and are accompanied by a complete description of the edition.

The images available on the *Biblioteca Digitale Trentina* are public domain files; this PDF is available under the Creative Commons Attribution – Non-commercial – No Derivative Works 3.0 License.

MISSA PROPRIA SANCTI VIGILII EPISCOPI TRIDENTINI,

ET MARTYRIS GLORIOSISSIMI.

A Sacra rituum Congregatione approbata, & in Tridentina Diœceſi celebrari, conceſſa.

TRIDENTI,

Ex Typographia Caroli Zanetti Impreſs. Epiſc. 1655.

SVPERIORVM PERMISSV.

IN FESTO
SANCTI VIGILII EPISCOPI
TRIDENTINI,
ET MARTYRIS GLORIOSISSIMI.

Ad Miſſam Introitus.

GAudeamus omnes in domino, diem Feſtum celebrantes in honore beati Vigilij, de cuius ſolemnitate gaudent Angeli, & collaudant filium Dei. Pſalm. 131. Memento domine Dauid, & omnis manſuetudinis eius. ℣. Gloria, &c. Oratio.

DEus, qui hunc diem nobis beati Vigilij martyris tui, atq; Pontificis ſanguine conſecraſti; da, quæſumus, vt eius meritis ab omnibus ſemper aduerſis defenſi, æternæ vitæ præmia conſequamur. Per dñm, &c.

De octaua S. Ioannis non fit comm. ſed tantùm de octaua corporis Chriſti, ſi in illam hoc feſtum incidat.

Lectio libri Sapiẽtiæ. Eccl. 50

IN diebus iuſti manauerunt putei aquarum, & quaſi mare adimpleti ſunt ſupra modum. Curauit gentem ſuam, & liberauit illam à perditione. Præualuit amplificare ciuitatem, & adeptus eſt gloriam conuerſionis gentis ſuæ. Amplificatus eſt quaſi ſtella matutina in medio nebulæ, & quaſi luna plena in diebus ſuis luxit. Et, ſicut ſol, refulſit in templo Dei. Graduale. Pſal. 91. Iuſtus, vt palma florebit, ſicut cedrus libani, multiplicabitur in domo Domini. ℣. Pſal. 88. Sedes eius, ſicut ſol, in conſpectu meo; & teſtis in cœlo fidelis. Alleluia, Alleluia. ℣. O præclarum Antiſtitem, cuius meritis, & doctrina populus cõuerſus fidem ſanctiſſimę Trinitatis ſuſcepit, & numerus credentium eſt multiplicatus. Alleluia.

Sequentia S. Euãgelij ſecundũ Matthęum. Matth. 16.

IN illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis. Si quis vult poſt me venire, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me. Qui enim

nim

nim voluerit animā ſuā ſaluam facere, perdet ėam. Qui autē perdiderit animā ſuam propter me, inueniet eā. Quid enim prodeſt homini, ſi mundum vniuerſum lucretur, animæ verò ſuę detrimentum patiatur? Aut quā dabit homo commutationē pro anima ſua? Filius enim hominis venturus eſt in gloria patris ſui cum Angelis ſuis: & tunc reddet vnicuique ſecundum opera eius. Amen dico vobis, ſunt quidam de hic ſtātibus, qui non guſtabunt mortē, donec videant filiū hominis venientē in regno ſuo. Credo.

Offertorium. Pſal. 20.

Deſiderium animæ eius tribuiſti ei domine: & voluntate labiorum eius non fraudaſti eū: poſuiſti in capite eius coronam de lapide pretioſo.

Secreta.

MVnera votiua tibi, Domine, in Sancti Vigilij pretioſa paſſione deferentes, ſuppliciter deprecamur, vt, ſicut eius tibi grata ſunt munera, ſic noſtræ ſeruitutis accepta reddantur obſequia. Per Dominum, &c.

Pręfatio cōmunis, vel de feſto corporis Chriſti, ſi in eius oct. hoc feſtū incidat.

Communio. Pſal. 8. & 20.

Gloria, & honore decoraſti eum dñe: & poſuiſti ſuper caput eius coronā de lapide pretioſo.

Poſtcommunio.

REfecti participatione muneris ſacri, quæſumus domine Deus noſter, vt beati Vigilij martyris, atque Pontificis ſupplicatione placatus, & veniam nobis tribuas, & gaudia ſempiterna concedas. Per dñm noſtrum, &c.

In die octaua dicitur Miſſa, vt in feſto, ſed ſit comm. de octaua SS. Apoſtolorum, Petri, & Pauli, cum illorum Præfatione.

FINIS.

APPROBATIO SACRÆ CONGREGATIONIS.

Cum Epiſcopus Tridentinus ſacræ rituum Congregationi exhibuerit Miſſam propriam Sancti Vigilij martyris Epiſcopi Tridentini: ac pro illius conceſſione ſupplicauerit; proponente Eminentiſs. D. Cardinale Frāciotto pro Eminentiſs. D. Cardinale Ginnetto abſente, ſacra Cōgregatio præfatam Miſſā approbauit, &, reſpectiuè celebrari, benignè conceſſit, iuxtà rubricas tamen Miſſalis Romani. Die 24. Auguſti, anno 1652.

Federicus Epiſcopus Albanenſis, Cardinalis Cornelius.

B. Roccius ſacræ rituum Congregationis Secretarius.

MISSA
PROPR
SANCTI V I
EPISCOPI TRI
ET MARTYRIS GLO

A Sacra rituum Congregatio
Tridentina Diœceſi cele



TRIDEN

Ex Typographia Caroli Zanetti Impreſs. Epiſc. 1655.

SVPERIORVM PERMISSV.